

kelbraunen Strahlen. Ein breiter gelber Ring folgt, scharf abgesetzt, darauf; das Centrum ist weisslich mit dunkelbraunen Flecken.

### 13. *Acmaea elegans* Ph.

*A. testa orata, depressiuscula, tenui, carneo-albida, lineis radiantibus spadiceis, saepe furcatis, haud impressis ornata; vertice ad  $\frac{1}{3}$  longitudinis sito; pagina interna alba, centro flavescente, radius fuscis translucentibus; limbo angustissimo, fulvo et spadiceo articulato; margine integerrimo. Long.  $9\frac{1}{2}^{\text{m}}$ ; lat.  $8^{\text{m}}$ ; altit.  $2\frac{1}{2}^{\text{m}}$ .*

*Patria: Laguayra* (mitgetheilt von Herrn Bergrath Koch.)

Der vorigen Art ähnlich, aber die braunen Linien nicht vertieft, meist gegabelt, so dass ich gegen das Centrum 27 — 28, am Rande aber fast doppelt so viel zähle. Die innere Fläche ist sehr abweichend, der Saum sehr schmal, gelblich regelmässig mit dunkelbraunen Flecken gegliedert. Die Wirbel sind nicht abgefressen.

(Fortsetzung folgt.)

---

### Diagnoses Molluscorum novorum,

quae ex itinere ad oras Africæ occidentalis reportavit

cl. G. Tams, Med. Dr.; auctore Gulielmo Dunker.

### 13. *Siphonaria striato-costata*, Dkr.

*S. testa ovali vel elliptica, depresso-conica costis elevatis substriatis albis vel griseis et interstitiis fuscis costulatis radiatu; apice excentrali, subobliquo, acutiusculo; intus splendidissima nigricante vel fusca plerumque lineis fuscis et albidis radiatim picta; siphunculo obsoleto; impressione musculari satis distincta; margine subdenticulato, intus crenulato.*

*Long. speciminis maximi  $9^{\text{m}}$ . Long. lat. alt. = 100 : 80 : 35.*

Haec species peculiaris primo adspectu *Siphonariae capensi*, Quoy similis est, differt vero praesertim et costis et interstitiis latioribus striatis, quorum numerus marginem versus crescit, et forma depresso.

Habitat prope Benguelam.

**14. *Siphonaria Jonasii*, Dkr.**

*S. testa parva ovali, depressa, obsolete costata, costis nigro-castaneis flexuosis, interstitiis albidis; apice submarginali; intus lineis albidis et nigricantibus irregulariter radiata; margine subcrenulato.*

*Long. 5". Long. lat. alt. = 100 : 88 : 30.*

*Species apice submarginali insignis.*

Habitat prope Loandam, rara. Duo tantummodo specimina attulit noster.

**15. *Crepidula adspersa*, Dkr.**

*C. testa ovata plus minusve convexa, irregulariter rugulosa, alba maculisque fuscis adspersa, epidermide pallide olivacea induita; septo plano medio subsinuato.*

*Long. 6 — 7". Lat. 4, 5 — 5".*

Quoad formam Crepidulae hepaticae, Desh. affinis, sed testa rugulosa, alba, maculis fuscis ornata, ut videtur bene distincta.

Habitat in litore lapidoso ad Benguelam, rara.

**16. *Patella nigro-squamosa*, Dkr.**

*P. testa ovata, convexo-conica, albida costis radianibus majoribus et minoribus squamuliferis ornata, squamulis nigrican tibusercctis; vertice subcentrali acutiusculo; margine crenulato.*

*Long. sere 9" attingit. Long. lat. alt. = 100 : 80 : 40.*

Proxime cognata cum *P. lusitanica*, Gmel.; nam simumma speciminibus ejusdem detritis nigro punctatis, quae a cl. Lamarekio nomine *Patellae punctatae* sunt descripta. Conf. Phil. Enum. I. pag. 110. *P. lusitanica* statu integro radiis aureis vel castaneis semper ornata est.

Raro invenitur species nostra ad urbem Hortam, latere orientali insulae Fayal teste Cl. Tams.

**17. *Fissurella Philippiana*, Dkr.**

*F. testa ovato-oblonga, fere elliptica, convexa, postice declivi, subgibbata, albida, luteo seu fusco maculata, costis radiantibus plurimis striisque transversis confertis elevatis decussata; vertice ultimo quadrante totius fere longitudinis sito; foramine pro magnitudine parvo oblongo, lateribus sinuato; margine intus crenulato.*

*Testa 6 fere lin. longa. Ratio long., lat. et alt. = 100 : 62 : 35.*

*Fissurella gibba*, Phil. — similis *F. graecae*, Lam., sed bene distinguenda — prima facie eadem esse videtur species, at nostra cochlea evidentissime differt foraminis forma, quae non est ovata neque lateribus angustata, apice multo magis excentrali, sculptura asperiore et gibbo magno deficiente.

Lecta est prope Loandam.

**18. *Fissurella Menkeana*, Dkr.**

*F. testa elliptica valde convexa, postice subgibbosa, albida badio roseoque picta, costis longitudinalibus plurimis striisque transversis subclathrata; vertice obtuso ultimo quadrante totius longitudinis sito; foramine parvo subrotundo; margine crenulato.*

*Long. 6 — 7". Long. lat. alt. = 100 : 65 : 42.*

Species haec, simillima praecedenti, differt costis subtilioribus et praesertim foramine subrotundo. Variat pictura et colore; nam modo est sordido-alba et badio maeulata, modo nivea radiis pallide rufis vel roseis ornata. Costae in aliis speciminibus obsoletae, in aliis granulosae apparent.

Habitat cum praecedente, unicum quoque specimen lectum est in litore ad Benguelam.

**19. *Fissurella benguelensis*, Dkr.**

*F. testa ovato-oblonga depresso-conica, flavida, costis plurimis elevatis costulisque transversis decussantibus clathrata; apice excentrali tertia longitudinis parte sita; foramine subrotundo, annulo purpureo circumdato; intus albida; margine leviter crenulato.*

*Long. unici speciminis ad Benguelam lecti 5, 5<sup>m</sup> efficit.*

*Ratio longit. lat. et alt. = 100 : 60 : 30.*

Forma *Fissurellae graecae*, Lam. e mari Siculo affinis, sed costae radiantes seu longitudinales confertae, multo minus elevatae nec nodiferae, costulae transversales subtiles neque lamelliformes.

**20. *Lucina contraria*, Dkr.**

*L. testa orbiculari, plano-convexa, gibba, alba, subtilissime undulato-lineata, lineis strias incrementi concentricas oblique decussantibus; umbonibus medianis acutis, antrorsum incurvis, subuncinatis; margine cardinali antico excavato, postico utrinque subangulato.*

*Long. fere 7<sup>m</sup>. Long. alt. crass. = 100 : 100 : 55.*

Testa crassa, solida, compressiuseula; lunula angusta; ligamentum subinternum in fossula obliqua insidens. Valvula utraque dentibus instructa; dens cardinalis unicus in dextra, duo parvuli, vel potius unus bifidus in sinistra; soveolae laterales valvulae sinistralae dentes dextrae recipiunt. Impressiones musculares fortes, antica linearior oblonga, postica subovalis. Impressio palliaris valde angulata.

Specimina omnia intus plieis plus minusve conspicuis marginem versus radiata sunt.

Lecta est haec species, quae ab omnibus hucusque notis facile distingui potest, ad Benguelam. Cl. Tams teste saepissime occurrit.

**21. *Diplodonta circularis*, Dkr.**

*D. testa circulari, ventrosa, solidiuscula, alba, nitida, concentrica tenerrime et rugulose striata; umbonibus submedianis, antrorum incurvis, prominentibus. Dentes valvularum duo, anticus sinistrale et posticus dextrae profunde bifidi. Impressiones musculares oblongae laeves, nitidae, linea palliari simplice conjunctae, submarginales.*

*Long. 7, 5<sup>m</sup>. Long. alt. crass. = 100 : 100 : 65.*

Habitat in eodem litore.

**22. *Diplodonta Gruneri*, Dkr.**

*D. testa suborbiculari, convexa, tenui, nitida, sordide alba, medio flavescente, concentrica tenuissime et rugosostriata; umbonibus medianis, prominulis subacutis, antrorum incurvis; area lunulaque haud distinctis. Ligamentum subinternum. Dentes ut in antecedente specie; margo cardinalis intus utroque latere canaliculatus. Impressiones musculares oblongae submarginales, splendidae obsoleteque striatae, linea palliari basi parallela conjunctae.*

*Long. 1<sup>m</sup> 1<sup>m</sup>. Long. alt. crass. = 100 : 96 : 55.*

Præcedenti affinis, præsertim quod attinet ad sculturam et nitorem sericum; margine vero cardinali interne canaliculato, magnitudine aliisque notis facile distingui potest. Ex altera parte Venerem undatam, Penn. in mentem vocat, cuius externa facies nostræ conchæ simillima.

Singulas tantum valvas attulit noster a litore Africæ occidentali.—Descripta est species haec secundum exemplar integrum, quod cl. amico E. Chr. C. Gruner, Bremensi, debeo.

(Continuatur.)

---

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Zeitschrift für Malakozoologie](#)

Jahr/Year: 1846

Band/Volume: [3\\_1846](#)

Autor(en)/Author(s): diverse

Artikel/Article: [Diagnoses Molluscorum novorum 24-28](#)